



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

---

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



*H. 1112? - 1112?*  
**P O S I T I O N E S**  
E X  
**I V R I S P R V D E N T I A**  
N A T V R A L I  
**C I V I T A T V M V N I V E R S A**

Q V A S  
I V X T A N O R M A M I N R A T I O N E  
E D V C A T I O N I S

B E N I G N E P R A E S C R I P T A M

*Publicae Eruditorum Disquisitioni submittit*

P E R I L L V S T R I S D O M I N V S

S T E P H A N V S V É G H

E X A C A D E M I A R E G I O

T H E R E S I A N A.

I N M A G N O

R E G I A E V N I V E R S I T A T I S

B V D E N S I S P A L A T I O.

A N N O M . D C C . L X X I X . D I E M E N S E




B V D A E ,

T I P I S R E G I A E V N I V E R S I T A T I S.

---

A N N O V T S V P R A .





R O S I T I O N E S

E X

I V R E P V B L I C O  
V N I V E R S A L I .



I.

**I**D a natura omnibus hominibus tributum est, ut felicitatem ac securitatem quaerant, eiusque impedimenta remoucant.

II.

Hvnc interim finem aucto humano genere propter ingentem humanarum propensionum varietatem, ac licentiam nec in vira segrege, nec in minoribus etiam societatibus Parresfamilias obtinere potuerunt.

A 2

III.

QVARE necessitas ipsa ; propriaeque studium felicitatis eosdem impulit, vt in maiorem coetum conuenirent, atque communi se submitterent imperio , cuius auctoritate tuti securam a metu iniuriarum vitam agerent.

IV.

COETUS hominum sui Iuris sub eodem communi Imperio securitatis fruendae causa consociatorum CIVITAS adpellatur.

V.

Ex quo primum hoc perspicuum est, Ciuitates, et in his actu vigens Imperium, quam origine sua Diuinum ex pacto subiectionis dimanare ; dein vero finem Ciuitatis primarium, ac proprium esse SECVRITATEM.

VI.

QVOT homines ad ciuitatem constituendam requirantur? variant Scriptores; PLATO putauit quinque millia, et quadraginta, HIPODAMUS MILESIUS decem ciuium millia, VALERIUS M. tres requiri familias; Nobis tanta multitudo hominum placet, quanta ad scopum securitatis obtinendum est necessaria, quum crescente metu maiores semper constitui ciuitates necesse sit.



## V I I.

IMPERIVM ciuile, quod etiam eminentiore *Maiestatis* nomine insignitur, ex fine ciuitatis mensuram suam accipit, ac proinde omnia illa iura sub se complectitur, quae ad hunc finem obtinendum necessaria sunt.

## V I I I.

CHARACTERES maiestatis sunt, quod sit *independens*, *summa*, *vniuersalis*, *Indiuidua*, *vbique aequalis*, *sancta*, et *inuiolabilis*.

## I X.

CVIVS summitati, et independentiae neque clientela, neque pactum de alterius maiestate committere veneranda, nec annum tributum, vi pacti simplicis promissum, nec denique nexus mere feudalis obest.

## X.

ILLA est Imperii natura, vt Imperans actiones subiectorum pro suo arbitrio ad societatis finem determinare valeat, voluntas Imperantis sufficienter declarata, vt subditi actiones suas ad eam componant, Lex arctiore significatione nominatur; Itaque Imperantem ciuilem legum ciuium ferendarum Iure gaudere indubium est.

X I.

Hoc Iure Imperans ciuilibus actionibus subiectorum certam formulam praescribere, aetatem, qua varia obire negotia liceat, determinare, promissionibus, pactis, matrimoniis, et ceteris tam inter viuos, quam mortis causa dispositionibus modum statuere, priuilegia ex iusta causa largiri aliaque his similia definire potest, dumodo nihil constituat, quod seu Diuini Numinis voluntati, seu fini ciuitatis sit contrarium.

X I I.

Vt vero Iure ferendarum legum Imperans apte uti, et obligationi communem promouendi felicitatem satisfacere possit, cognitio morum, temporum, rerumque, in quibus respublica versatur, eidem omnino est necessaria, igitur ad Iura maiestatica Ius quoque summae inspectionis referendum est, ut cuius nimirum Imperanti Ius nascitur non modo aetatem, numerum, vitae genus singulorum ciuium inuestigandi, sed et in cunctas minores societates inquirendi, atque, ut harum consilia in commune bonum conspirent dirigendi.

X I I I.

Nisi Leges in republica latae obseruentur, nullum usum, nullam utilitatem habent, hinc



salus ciuitatis exigit, vt Imperanti illa etiam potestas competat, per quam ea, quorum vel necessitatem, vel commodum perspexit, atque ideo praecepit, aut vetuit, executioni mandentur.

X I V.

POTESTAS, ea in actum deducendi, quae fini societatis ciuilibus conducunt, dicitur Executoria; Haec potissimum eo redit, vt Imperans semper promptas ad protegendam ciuitatem vires habeat, auxilium laesis ferat, subditos, grauamina exponentes, audiat, iustitiam, quantum fieri potest, quam citissime, ne secus litis expensae ipsam sortem excedant, administret, delinquentibus poenas infligat, aut pro re nata remittat, vel temperet, illud denique diligenter caueat, ne det veniam coruis, vexet censura columbas.

X V.

NON adeo raro tales possunt evenire circumstantiae in quibus aliud haud efficax praesto sit obtinendae securitatis medium, et hinc graue, quod impendet reipublicae periculum secus auerti nequeat, quam si turbatores securitatis e medio tollantur, quare Ius puniendi Imperanti ciuili competens, etiam *ius gladii, ius vitae, et necis* sub se complectitur.

## X V I.

IMMO vero Ciuis etiam innocens omni alio seruandae ciuitatis remedio deficiente non modo deferi, aut e ciuitatis teritorio eiici, verum etiam hosti petenti simpliciter extradari poterit.

## X V I I.

FINIS ciuitatis est securitas, haec praecipue obtinetur, si Ciues virtutem colunt, et pietatem erga summum Numen promouent, igitur manifestum est, inter praecipua maiestatis iura, quae summus Imperans intra rempublicam, exercet, esse *Ius circa Sacra*. Hoc nimirum Iure Imperans circa quaedam Ecclesiae suae particularis, et religionis negotia, quae Dei cultum promoueant, et impietatem euellant, disponit, ordinationes ab Ecclesia factas, antequam promulgentur, inspicit, et si intuitu ciuitatis adiaphorae sunt, earum promulgationem modo debito admittit, ac denique Ecclesiae, si vel res sacrae, vel Personae ministerio religionis destinatae violentur, adfistit.

## X V I I I.

CIVITAS pacto constituitur, proinde in arbitrio populi societatem ciuilem instituentis est, an ciuile penes se retinere Imperium? an idem in vnum? aut plures? sub nulla? vel certa for-

hula? aut personale? aut in alios transmittendum transferre velit?

X I X.

SI Imperium ciuile penes omnes collectum sumtos residet, forma ciuitatis erit *Democratica*, si penes plures eosque optimates, *Aristocratica*, si penes unum, *Monarchica*, si denique Iura maiestatica in plura subiecta diuisa sunt, *mixta*.

X X.

DEMOCRATICA ad-anarchiam quam maxime accedit, ad aristocratiam Diarchia referri potest, Monarchia quemadmodum nimis a Machiauellistis extensa, ita ultra modum a Monarchomachis restricta fuit, et ideo tam Machiauellistarum, quam Monarchomachorum de potestate Monarchae sententia omnino erronea est; Mixtae porro reipublicae multae possunt existere formae, quae nonnisi ex legibus fundamentalibus intelligi debeant.

X X I.

CONTINGIT aliquando, vt, vbi populus ciuitatem successiuam esse voluit, is fiat Monarchae successor, qui in minorenni adhuc aetate constituitur, quo casu ei tutela competet, cui leges regni fundamentales illam deferunt, quod si vero

de tutela in legibus fundamentalibus nihil cautum est, populus recte praesumitur, hanc spartam Patris dispositioni reliquisse.

X X I I.

TUTOR regius etsi omnia Iura Maiestatis exerceat, ipsa tamen Maiestate nullatenus gaudet, eo quod alieno solum, haud suo nomine, nec quasi supremus Princeps, sed Mandatarii instar, civitatis gubernacula moderetur.



E X

IVRE GENTIVM.

X X I I I.

GENTIS adpellatione integra familiarum multitudo continetur, quae simul perpetuo liberae societatis vinculo ad mutuam securitatem sub eodem communi Imperio inter se colligatae sunt, unde prouinciae, quae alterius Imperio parent, etsi singularibus praerogatiuis sint instructae, gentium nomen tueri haud possunt.

X X I V.

PRAETER Ius gentium naturale, aliud voluntarium, quod simul fit vniuersale, adeoque omnes gentes obliget, nullum datur.

## X X V.

SICUTI maiori hominum numero in minorem naturaliter nullum competit Imperium, ita neque gentibus vniuersis idem in singulas competere adseri potest, quamobrem naturalis gentium Democratia, quam WOLFIVS in medium protulit, merum est figmentum.

## X X V I.

GENTES in statu naturalis aequalitatis, et libertatis viuunt, nulla igitur inter illas, spectato iure gentium absoluto obtinet proedria, nulla praerogatiua.

## X X V I I.

OFFICIA gentium inter se alia sunt *iustitiae strictae talis*, alia *humanitatis*, haec posteriora quanquam a coactione libera sint, fortissimae tamen adsunt rationes, quae gentes ad comitatem, et humanitatem reciproce exercendam extimulent.

## X X V I I I.

NEQVE bellum, quo duo populi sunt impliciti, neque oppositae de modo colendi Deum sententiae eosdem a mutuo amore, quo se prosequi debent, excusant.

X X I X.

IUSTITIAM stricte talem violant gentes ,  
 quae subditos alterius ciuitatis , vel militiae , vel  
 alterius scopi causa abducunt.

X X X.

HOMINES non sunt obiectum occupationis ,  
 quare occupata licet regione vacua imperium in  
 homines vagos , et per deserta errantes occupa-  
 tum dici nequit , sed pristinam hi tuentur liber-  
 tatem , et ab omni occupatione immunes sunt.

X X X I.

ETSI officia utilitatis innoxiae negatiua exi-  
 gere gens a gente iure possit , haudquaquam ta-  
 men inde concludere licet , iniuste agere gen-  
 tem , quae peregrinis foeminarum penuria pressis  
 connubia cum suis denegat.

X X X I I.

FOEDERA etiam a Monarchis percussa realia  
 esse intelliguntur , donec vel ex verbis , aut ex  
 causa contrahentium , vel ex natura negotii con-  
 trarium adpareat.

X X X I I I.

SOLENT gentes conuenta publica datis etiam  
 obfidibus confirmare , qua in specie obsidi a  
 gente , cui datus est , fugere non licet , siquidem

Imperans dando obfidem voluit, potuitque ciuem suum generatim ad id obligare.

X X X I V.

REMITTERE obligationem creditor potest debitori, non autem tertius, nisi Iure Imperii, a quo quum gentes sint liberae, sequitur, quod foederatus quidem ipse recte iuri ex foedere quaesito renunciare possit, non vero pro eodem alius.

X X X V.

SOLA laesio aliter indeclinabilis, siue eadem immineat, siue actu inferatur, iustam praebet bellandi causam.

X X X V I.

GENS, quae mediis licitis potentiam suam augere studet, propterea neminem laedit, hinc neque merus ob incrementem vicinae gentis potentiam, neque conseruatio aequilibrui iusta est bellandi causa.

X X X V I I.

QUANQUAM gentes, quae pietatem, philantiam, et humanitatem neglectui habent, etiam a iustitia strictius accepta facillime recedant, falluntur nihilominus omnes, qui ex neglectu horum bella punitiua suscipi posse statuunt.

XXXVII.

IN bello offensiuo necessaria est clarigatio, aut belli indictio, in defensiuo non aequae.

XXXIX.

BELLUM ex utraque parte iustum esse repugnat, sed fieri tamen potest, ut utroque, velut, si iuris controuersi decidendi causa suscipiatur, iniustum sit.

XLI.

TRANSACTIONE facta non quaeritur iustane fuerit praetentio, sed an sit transactum? Igitur paci intra gentes legitime initae nec exceptio metus grauis, nec enormis laesionis opponi potest.











